Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



deum. qualiter & animę saluentur. & ut quo magis scā ecclia in mundo preualet eo magis pro auctore mundi saluti hominum insistat. Sed quia pauca ista prelibauimus. nunc ad exemplū uenerandę memorię constantini nri temporis imperatores dñm timentes p xpm grām puocaturi. adhuc eius sctitatis exempla in medium proferamus.

Exemplū magnę humilitatis constantini imp.

Qui uenerabilis imperator dum turbari fidem xpi arrianoꝝ infestatione doleret. missis a latere suo principalib⁹ uiris. de uniuerso mundo epos congregans. concilium uniuersale instituit. Ubi fides xpi ab aplis & pphis pdicata. firmiter est ore scoꝝ corroborata. illuminante eos grā spe sci. Ubi ipse tamę humilitatis apparuit. ut humiliori sede quam omnes epi sederet in ipso concilio. Cumq; quidam eoꝝ alios accusarent. ait. Vos dii estis. ego sum homo. Non ergo dignum est. ut homo deos iudicet. Inter uos causam audite. & pacem facite. Nam ego si uiderem sacerdotem dei peccare. clamide mea coopirem eum. Qui etiam religiosissimus uir primus romanoꝝ imperatoꝝ fidem ueritatis patenter adeptus. licentiam dedit per uniuersum orbem suo degentes imperio non solum fieri xpianos. sed & fabricandi ecclias. & tribuenda predia constituit. Denq; idem prefatus princeps donaria immensa & fabricam templi